# II.

# INCIPIT
# DE HONESTIS ET NOVE VETERVM DICTIS
## PER LITTERAS.

## ID EST PER A LITTERAM.

APVD, iuxta. Sisenna Historiographus lib. IV (116): 'dum pristinum vinum apud ignem per sudorem corpore exhauserunt'. — M. Tullius de Officiis (de Republica III, 40): 'cuius focum mirari solitus Cato; apud quem ille sedens Samnitum, quondam hostium, iam clientium suorum, munera repudiaverat'. — et de Oratore lib. II (12): 'cum etiam tum in lecto Crassus esset et apud eum Sulpicius sederet'.

APISCI, invenire. Sisenna Historiographus lib. IV (94): 'itaque postero die legatos Iguvium redeuntis apiscitur'.

---

7—13 INC.—exh.; 18 Ap. inv.

---

8 HONEST. (*sic*) $F^3$ (foll. 42 v.—43 r., *i. e.* p. 101 M.): HONESTIS $B^A$ *ut vid.* $F^3$ (*h. l.*): INHONESTIS $L$ $C^A$ $D^A$ || 'HONESTE SET NOVE *Mu. fort. recte*: HONESTE SEV NOVE *On.* || **10** ID EST (id est I $C^A$: *om.* $D^A$) PER (populi romani *L*) A LITTERAM $F^3$ $L$ $C^A$ $D^A$: PER A LITTERAM INCIPIT $B^A$: INCIPIT PER A LITTERAM *Mu.* || **11—69. 4** *fort. post 71. 2 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' pp. 37, 91*) || **11. 18** Historiarum *ed. a. 1476* || **13** de Off. * * * idem de Rep. lib. III *edd.* || **12—14** *cf. 522. 26, ubi locus prorsus aliter scriptus est* || **14** cuius *om.* *L* || capto: (*corr.* $H^2$) || **16** suore *L* || **17** intellecto || **18** Aspici *L* || **19** post. deligato siguvium: *corr. Iun.*, *Turneb.*, *Havet.* (*Mel. Graux, p. 811*) || aspicitur *L*.

68. 69 M.

ABSTEMIVS. *Varro*: '*abstemius* est, immo scit quo rete leporem teneat lupum non teneri'. Apuleius in libro Ludicrorum (1):

séd fuisti quóndam Athenis párcus atque abstémius.

Lucilius Satyrarum lib. VI (20):

† thaunomeno, inquit balba, sororem
lanificam dici, siccam atque abstemiam ubi audit.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel ex uno exemplo || pote videri'.

ADIPATVM veteres honeste pro pingui et suculento et opimo posuerunt. Cicero in Oratore (25): 'adsciverunt suis *aptum* auribus opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus'.

ADAMARE. Cicero Academicorum lib. II (fr. 4): 'qui enim serius honores adamaverunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse'.

ADSTIPVLARI positum est adsentiri. Cicero in Academicis libro IV (20) (II, 67): 'falsum esse Stoici dicunt et eorum adstipulator Antiochus'.

ADDICTVM est quasi devotum vel obnoxium. Cicero Tusculanarum lib. II (5): 'qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt'.

---

20—22 Abst.—abst. in lib. lud.; 2—3 Adip.—pos.; 5—11 Adam.—obnoxium.

---

20 *rest. Roth.* || (Abstemius, sobrius *index marg. in* $B^A$: Abstenens subrius *gl.*) || 21 aplileius $L^1$: apelius $C^A$ (*non Turic.*) $D^A$ || in lib. Lud. *post* abst. *v. 22*: *transp. edd. Haec verba* lib. Lud. *cum excessissent versus modum in spatio vacuo ad sequentis versus finem scripta sunt*, *deinde verbo* in *aucta* (*cf. ad v. 22*) || 22 sed. *Quich.*: in se (*cf. ad v. 21*): sei *Mu.* || parcus *ed. princ.*: paucius || 24 thaunomeno *an* thaunameno *incert.* $F^3$: thaunumeno *L*: thaunomeno $B^A$: θαῦμα μεγ' *Mu.*: θαῦμα μὲν *Lachm. Opusc. p. 73* || balba *Dousa pater*: valva || 1 pote $L^1$: potest $B^A$ || 4 aptum suis auribus *codd. Cic.*: suis artibus (*pro* suis aptibus?) || 8—9 Academicorum *Mu.*

AQVILEX. Varro Quinquatribus (444): ‘an hoc praestat Herophilus Diogenem, quod ille e ventre aquam mittit? at hoc te iactas? at hoc pacto utilior te Tuscus aquilex’.

EQVIMENTVM positum est non aequamentum, quasi parem vicem, sed merces pro eo quod dicitur admissum. Varro Sexagesi (502): ‘an, si equam emisses quadripedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses equimenti?’

AERIFICVM dictum quod fit ex aere. Varro *Γνῶθι σεαυτόν* (201):

nihil súnt Musae, Polyclés, vestrae,
quas aérifice duxtí.

APLVDAS frumenti furfures dicunt rustici veteres. hoc in antiquis invenitur, quorum in dubio est auctoritas; quamquam et Plautus in Astraba || fabula (16) ita dixerit. cuius incertum est an sit ea comoedia; atque ideo versus eosdem ponere supersedimus.

ADVLTERIONEM pro adultero Laberius Cophino (fr. II). quem si quis legere voluerit, ibi inveniet et fidem nostram sua diligentia adiuvabit.

ANTICIPARE posuerunt veteres praevenire, hoc est antecapere. Varro Bimarco (48):

---

14—18 Aq.—admiss.; 21 Aer.—aere; 24—25 Apl.—auct.; 3—7 Adult.—est antec.

---

**14—15** (Diog.) *cf. 371. 21* (*s. v.* praestare, antecellere) || **15** herofilius *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || diogenis *codd. h. l.*: diogene *codd. 371*: *correxi* (*Class. Rev. XVI, 50*) || **16** at *pri. del. Ries.* || **17** Eq. *L* $C^A$ *ut vid.*: Aeq. $B^A$ $D^A$ || **18** (admissus *Paris. 7666 P*): -ura *Oehler.* || **19** seiquam *Mu.* || **20** dedisse: *corr. Ald.* || equamenti (aeq.) || **21** Aerificium (Er.) *L* $B^A$ || **21—23** *cf. 283. 33* (*s. v.* ducere, fabricare) || **22** policis *codd. utrobique*: Polyclis *Lips.* || **23** quasi *codd. h. l.* || duxi $B^A$: dixi *L*: duxti *codd. 283* || **24** flumenti $L^1$ || dixerunt *Quich.* || **1** quam et *L* || **2** ea *Quich.*: eius || **3** coprino $C^A$ $D^A$ (*cum H corr.*): quo prino *L* $B^A$: cophino *codd. Gell. XVI*, 7.

ipse † fistis dicíte labdae et vivós contemnite vívi,
antícipate atque addíte calcar, stultós contemnite dócti.

AVRIGATVR honeste positum pro moderatur ac regit. Varro Modio (316): 'asse vinum, asse pulmentarium, secundas, quo natura aurigatur, non necessitudo'.

ARCHITECTARI. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (52): 'an quod ita callidast, ut optime possit architectari voluptates?'

AIAT, quod est dicat. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum (II, 70): 'quasi ego id curem, quod ille aiat aut neget'.

ANELLVS. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (3): 'nec tamen Epicuri licet oblivisci, si cupiam; cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis et in anellis habent'.

AMATIO. Plautus Rudente (1204):

nimi' paéne inepta atque ódiosa eius amátio est.

ADESVM, consumptum. Sisenna Historiarum lib. III (16): 'isdem temporibus Aesernini, duplici fossa valloque || circumdati, frumento adeso quod ex areis in oppidum portatum est'.

ADTENDERE pro intendere, cogitare. Cicero de Oratore (I, 161): ''nihilne vobis in mentem venit quod praeterea

---

10 Aur.—reg.; 13 Arch.—malorum; 22—24 Am.—cons.; 3 Adt.—cog.

---

8 psephistis *vel* his psephistis *Bue.*: *fort.* ipsi physicis || labdeae: *corr. Scal.* || ipseí scitis *δὸς καὶ λάβ'*, id est: sivís contendite sívi *Mu.* || 11—12 *cf. 354. 2* (*s. v.* necessitudo) || 11 ad se unum esse *codd. h. l.* || 12 quoi *Mu.* || 13—14 et malorum et marcus lib. II (*etiam v. 17*): *corr. ed. a. 1476* || 14 callida est *codd. Cic.*: classidas || 16 quod *secl. Mu.* || 17 lib. II qua. *Mu.* || quid il. *codd. Cic.* || 19 Epicuri *Cic.*: epicureum (*pro* -rum?): *fort.* -rum || 21 habebant (ab.) || 25 Aesernini *Ald.*: eserenni || 1 ariis $L^1$: arvis *Mu.* || 3 cogere *L* || 4 nihil in oratore in m. *L* || nobis $F^3$ || quod *Cic.*: quid.

a Crasso requiratis?" — "id me Hercules ipsum, inquit, adtendo".

ADCOMMODAT, adiungit, adplicat. Cicero de Oratore lib. II (250): 'Africano illi superiori, coronam sibi in convivio ad caput adcommodanti'. — Vergilius Aen. lib. II (393):

laterique Argivum adconmodat ensem.

AVTVMNITAS pro autumno. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (458): 'retinet viatorem meridie praetereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo μέσην praeterierat'. — idem Quinquatrubus (443):

cape hánc caducam Líberi mollém dapem
de frónde Bromia autúmnitatis úvidam.

neutro Varro Ephemeride Navali: 'etesiae diutius et uberius flabant et autumnum ventosum fuerat'.

ARITVDINEM pro ariditate. Varro Prometheo Libero (428):

humánae quandam géntem stirpis cóncoquit,
frigús calore atque úmore aritúdinem
miscét.

ABORIATVR pro abortet. Varro Gallo vel Fundanio, de admirandis rebus (7): 'vinum, quod ibi natum sit in quodam loco, si praegnans biberit, fieri ut aboriatur'.

---

6 Adc.—appl.; 10—17 Aut.—ariditate; 21—1 Abor.—serv.

---

5 idem herculis: id mehercule *codd. Cic.*: *corr. Me.* || 7 in *om. L* || 8 adcommodant (acc.): -anti *Cic.* || 8—9 *cf. 244. 17* || **10—12** *cf. 193. 20* || **12** fons *Guietus* || tetraordo *codd. h. l.* || μέσην *On.*: mensem *codd. h. l.*: mensum *codd. 193* || **12—13** *cf. 254. 13* (*s. v.* capere) || **13** care hanc *codd. h. l.* || caducum *codd. h. l.* (*corr.* $G^1$) || dapem *codd. 254*: depen (*seq.* de) *codd. h. l.* || **14** frondem: *corr. Scal.* || bromi (*seq.* a): *corr. On.*: Bromiae *Scal.* || autumnitatis $F^3$: autumnitalis $L\ B^A$: autumnitas $C^A\ D^A$ || ubidam: uvida *Mu.* || **15—16** *secl. Quich.* || **15** etesiae *Ald.*: ellesiae || **16** flavant: flarant *Roth.* || **17** *fort.* -tem || **18** humanae *Scal.*: humanarum || conquit: *corr. Iun.* || **21** pro abortu: *corr. index marg. in* $B^A$: pro abortum faciat *Mu.* || V. pro callio $L' B^A$: V. pro gallio $C^A\ D^A\ H^3$ || 22 rebus *del. Quich.* || ubi $C^A\ D^A$

ADVLESCENTIARIS. Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας (550): 'tu quidem ut facias censeo, quoniam tu quoque adhuc adulescentiaris'.

ANCILLANTVR pro serviunt. Titinius || Prilia (70):

verum énim dotibu' delíniti ultro etiam úxoribus ancíllantur.

Accius Meleagro (442):

quam invíta ancillans dícto oboedierís viri.

ABSONVM, sine sono. Cicero de Oratore (I, 115): 'sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni'.

ALGV pro algore. Accius Andromeda (111):

mísera obvalla sáxo, senio, paédore alguque ét fame.

Varro Ἔχω σε, [aut] περὶ τύχης (171):

† leges ruina ne iacentem subdealbet algu danti frigore. †

Lucilius (inc. 81):

† nantam algu atque nigrore maius. †

Lucretius lib. III (732):

morbis alguque fameque.

---

21—1 Abor.—serv.; 5 Abs. sine sono.

---

24 Adul., luxuriaris *ind. marg. in* $B^A$ || 25 EYTEPIA AC tu quidem ut faciat: εὐκαιρίας (*Bue.*), aetum quidem ut faciat *Ald.* || facias *vel* taceas *Erycius Puteanus* (?) *in exemplari ab Hertzio* (*Münch. Gel. Anz. XX, 507*) *memorato* || geneseo $L^1$ || 1—2 *cf. 278. 14* (*s. v.* delenitus) || 1 proelia || 2 delinito *L* || 4 oboediens (obe.): *corr. Mu.* || 8 misere *Both.* || obvallata *Delrius* || 9 ethos aut: ἔχω σὲ ἢ *Iun.*: aut *del. Mu.* || 10 leges $F^3 B^A$: leges *an* ieges *incert. L*: teges *Scal. Catal. p. 232* || pruina *Passerat.* || subdealbet $F^3$: subdeabbet $L B^A$ || sub dio (deo) dealb. *Scal.* || *fort.* ruina ne iacentes subdealbet, | algu deleantur (*vel* laedatur), frigore || 12 nautam *Iun. mg.*: manca *Mu.* || rigore *Gerlach.* || manus *Iun.* || *fort.* narcam al. ac frigore m. || 13 IIII *L.*

AETATEM positum pro saepe aut diu. Plautus Asinaria (284):

adeo ut aetatem ambo ambobus sint obnoxii.

idem eadem (274):

aétatem velím servire, Líbanum ut cónveniam modo.

ALTILE, non solum pingue, ab alendo, verum etiam opulentum. Plautus Cistellaria (305):

prohibét divitiis máximis, dote áltili atque opíma.

ASSVLATIM, ut minutatim. Plautus Captivis (832):

príu' quam pulsando ássulatim fóribus exitiúm dabo.

Sueius Pullis (fr. III):

† escam hic iure inops pullo da asscit illae simul assu-
latim vis aias sumit cibum. †

Plautus Menaechmis (859):

. . . nisi dédolabo ássulatim víscera.

ANXITVDO. Attius Eurysace (349):

persuásit maeror, ánxitudo, errór, dolor.

idem Armorum Iudicio (154):

úbi cura est, ibi ánxitudo acérba, ibi cuncta cónsiliorum,
rátio et fortuna haésit.

---

15 Aet.—diu; 19—20 Alt.—op.; 22 Ass. ut min.; 29—33 Anx.—haesit.

---

**15** Aetate || ac diu aut diu $C^A$ $D^A$ || **16** abeo || ut ad aet. || amb. amb. nobis s. *Pl.* || **17—18** *cf. 271. 1* || **18** ut *codd. 271* (*cum codd. Pl.*): qui *codd. h. l.* || **21** diuitis || **23** ex. adfero *codd. Pl.* || **24** Sueius *Mu.*: uaeius || **25** inobs $B^A$ || asscit illae $F^3$: adscintille $L$ $B^A$ || in os pulló dato | fítillas *Mu.* || *fort.* escam hic iúre in os pulló datas | scítule, simul ássulatim in víscera assumít (*vel* vis alam? sumit) cibum || **28** nisi] osse fini *codd. Pl.* || iscera $L$ || **30—32** anx.—ibi *om.* $C^A$ $D^A$ (*propter homoeotel.*) || **32** acerua (-ba) tibi: *corr. Ald.*: acerbast ibi *Bue.* || **33** fortunae (-ne) sit (sic $B^A$): *correxi* || cunctátio | cónsiliorum errátio et fortúnaest *Bue.*

72. 73 M.

M. Tullius de Republica lib. II (68): 'quartaque anxitudo, prona ad luctum et maerens semperque ipsa se sollicitans'. — Pacuvius Hermiona (164):

tristítia atque animi intóleranda ‖ anxitúdine.

ALBITVDINEM pro albore. Plautus Trinummo (873):

úbi habitet, item álterum ad istam cápitis albitúdinem.

ADHAESVM ab adhaerendo dixit Lucretius lib. III (381):

nam neque pulveris interdum sentimus adhaesum.

idem lib. IV (1242):

tenve locis quia non potis est adfigere adhaesum.

AMOLIMINI est recedite vel tollite. Terentius in Andria (707):

proinde hínc vos amolímini; nam mi ínpedimento éstis.

Pacuvius Hermiona (184):

non tú te e conspectu hínc amolire? . . .

idem Antiopa (16):

nonne hínc vos propere stábulis amolímini?

Sisenna Histor. lib. IV (74): 'inpedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur'.

ACRIMONIA est animi vivacitas. Naevius Lycurgo (35):

ne ílle mei feri íngeni atque ánimi acrem acrimóniam.

Accius Neoptolemo (468):

vím, ferociam, ánimum, atrocitátem, iram, acrimóniam.

ABIVGAT, separat, alienat. Pacuvius Medo (222):

"quae rés te ab stabulis ábiugat?" — "certúm est loqui."

---

2 Alb. pro alb.; 4—5 Adh.—adhaesum; 8 Amol.—toll.; 16—17 Acr.—acr.; 20 Abi. sep. al.

---

**2** *fort.* -rem ‖ **3** et item *codd. Pl.* ‖ istane (*pro* istanc) *codd. Pl.* ‖ **4** IIII $C^A D^A$ ‖ **7** iocis: (*corr. Bamb.*) ‖ affligere $B^A$ ‖ **13** prospere *L* ‖ e stab. *Scal.* ‖ **17** feret *Mu.* ‖ agrem $L^1$: aerem $C^A D^A$.

ANGVSTITATEM. Accius Oenomao (504):

sáxum id facit angústitatem et súb eo saxo exúberans
scátebra fluviae rádit rupem.

Angustitatem dictum pro angustia. Accius Alphesiboea (81):

sed angústitatem inclúsam ac saxis squálidam.

ADSESTRIX femininum est ab eo quod est assessor. Afranius Fratriis (181):

dimíttit adsestrícem, me ad sesé vocat.

ATRI dies dicuntur quos nunc nefastos vel posteros vocant. Afranius Fratriis (163):

Septémbris heri caléndae; hodie atér dies. ||

ADIVTAMINI pro adiutate. Pacuvius Chryse (98):

adiutámini et deféndite.

AERA, numeri nota. Lucilius lib. XXIX (80):

hóc est ratio pérversa, aera súmmae subducta ínprobe.

APPETONES ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine (96):

álienûm appetónibus
viae † perditae, deverticula sunt .

ADVOCASSE pro vocasse. Lucilius lib. XXIX (28):

amícos hodie cum ínprobo illo audívimus
Lucílio advocásse.

---

22—25 Ang.—angustia; 30—31 Atri—voc.; 1 Adi. pro adi.; 3 Aera n. nota; 5—8 Apeditones—vocasse.

---

25 Ang. d. p. ang. *secl. Mu.* || Acc.] idem (?) *Mu.* || 26 angustitate *Voss.* || 30 vel improsperos *Bongars* (*sed vid. Me., On.*) || 32 aliter $L^1$ || 3 notam *L* $C^A$ $D^A$ || 4 haec *ed. princ.* || summa et subd.: *corr. Scal.* || 5 Apeditones $C^A$ $D^A$ $H^3$ || 7 expeditae *Bue.*: paratae *Mu.* || dev. sunt *Quich.*: deverticulas (s *pro* s̄, *i. e.* sunt).

74 M.

ARMILLVM. Lucilius lib. XXVIII (29):

hinc, ad me, hínc! licet
anu' rússum ad armillum . . . . . . .

ADVLESCENTVRIRE. Laberius (137):

íncipio adulescénturire et néscioquid nugárum facere.

AVXILIATVM, ut subpetiatum. Lucretius lib. V (1039):

alituum porro genus omne videmus
fidere et a pinnis tremulum petere auxiliatum.

ARDVM pro aridum. Lucilius lib. XXVII (40):

árdum, miserinum átque infelix lígnum sabucúm vocat.

AVERRVNCARE, avertere. Lucilius lib. XXVI (35):

dí monerint melióra! amentiam áverruncassínt tuam!

Pacuvius Medo (236):

possum égo istam capite cládem averruncássere.

M. Tullius de Fin. Bon. et Mal. (Pacuvius 112; cf. Cic. Att. IX, 2[a], 1):

di mónerint meliora átque amentiam áverruncassínt meam!

APISCI, adipisci. Lucilius lib. XXVI (9):

út ego effugiam, quód te in primis cúpere apisci intéllego.

ACCEPSO, accipio. Pacuvius Teucro (325):

haúd sinam quidquám profari, priu' quam accepso quód peto. ‖

---

11—16 Arm.—subp.; 19 Ard. pro ar.; 21 Aberr. evertere; 27 Ap. ad.; 29 Acc. acc.

---

12 a me *Fr. Dousa* ‖ m. ilicet *Mu.* ‖ 17 alituum *Lucr.*: tum ‖ g. alis o. *Lucr.* ‖ 20 miserinum $F^3$ (*cf. Class. Rev. X, 17*): miserrimum $LB^A$ ‖ signum: *corr. Iun.* ‖ vocant *Iun.* ‖ 21 evertere: (*corr. Turic.*) ‖ 22 diminuerint (di monuerint $H^2$) ‖ 24 possim *Σ* ‖ istanc aps te *Mu. post Lips.* ‖ 26 di—mel. *cf. 507. 26* (*s. v.* moneris pro monueris) ‖ maluerunt *codd. h. l.* ‖ a meliora *L* ‖ tuam *Paul. 373* ‖ 28 effuciam $L^1$: efficiam *Lips.* ‖ 29 Acc. accepero *Quich.*

ADAVCTAVIT, auxit. Accius Aeneadis (14):

quíbu' rem summam et pátriam nostram quóndam adauc-
tavít pater.

ADAXINT, adigant. Plautus Aulularia (50):

utinám me divi adáxint ad suspéndium!

ADFECTARE, afficere. Plautus Bacchidibus (376):

túa flagitia aut dámna aut dispoliábula,
quíbu' patrem et me téque amicosque ómnis affectás tuos.

ADIVGARE, adiungere. Pacuvius Chryse (93):

máter est terra. éa parit corpús. animam aether ádiugat.

idem Iliona (195):

blándam hortatricem ádiugat
voluptátem.

AEDITVOR, id est aedem tueor. Pomponius Aedituo (2):

quí postquam tibi adpáreo atque aedítuor in templó *tuo*,
néc mortalis néc mortalium úllum in terra míseriust.

AETERNARE. Varro Rerum Humanarum lib. II: 'litterisque ac laudibus aeternare'.

ALBICATVR, candidatur, exalbescit. Varro Cave Canem (75):

ubi rivus praécipitatu in némore deorsum
rápitur atque offénsus aliquo a scópulo lapidoso álbicatur.

---

1 Ad. au.; 3 Ad. ad.; 5 Aff. aff.; 8 Adi. adi.; 13 Aed.—tueor; 16—18 Aet.—ex.

---

1 ausit: (*corr.* $L^2$ *Bamb. E*) || 3 Adanxint || 4 adaxint $L^1$: adanxint $B^A$ || 8 Pacuvius *Ald.*: plautus || 9 anima mater (animam aer $H^3$): animam aeter *cod. Varr. Ling. Lat. V, 60* || 12 volumtatem (-nta-): *corr. Me.* || 14 tibi *codd. Gell. XII, 10. 7*: ubi || tuo *codd. Gell.*: *om.* || 15 mortalis $B^A$: mortalibus *L*: immortalis *Both.* || 19 uti *Roeper.* || praecipitatur (-pitatatur $L^1$): *corr. Bue.*: -tus *Quich.*

APSCONDIT, pro abscondidit. Caecilius Exule (40):

nám hic in tenebris íntus sese abscóndit.

Pomponius Maccis Geminis (67):

périi! non puéllula est nunc. quíd abscondisti intér nates?

ATTIGAT, contingat. Turpilius Leucadia (106):

"ne me áttigat!
átque aufer manum!" — "héia, quam ferócula est!"

Accius Epigonis (304):

age age, ámolire, amítte, cave vestem áttigas!

Plautus Bacchidibus (445):

ne áttigas puerum ísta causa, quándo fecit strénue. ||

AVGIFICAT, auget. Ennius Andromacha (68):

quíd fit? seditió tabetne? an números augificát suos?

ATROX, crudum. Naevius Belli Poenici lib. III (41):

simul atrocia porricerent exta
ministratores.

ADQVO, pro in quantum. Afranius Promo (278):

ut scíre possis ádquo te expediát loqui.

idem Privigno (248):

ni tántum amarem tálem tam meritó patrem,
irátus essem, adquó liceret.

---

21 Absc. p. ab.; 25 Att. cont.; 1 Aug. aug.; 3—13 Atr. — esse.

---

**21** (Abscondidit pro abscondit $F^1$) || **22** abscondit $B^A$: abscondidit $L$ || **24** numquid *edd.* || abscondidisti: (*corr.* $P$) || **25** contingет $L B^A$: contingetur (-tig-) $C^A D^A$ (*seq.* Tur-) || **26** attiga (ati.): (*corr.* $L^2$) || **27** erigonis: *corr. Me.* || **2** tabesne: *corr. Lips.* numerus: *corr. ed. princ.* || **3** IIII $C^A D^A$ (*cf. Class. Rev. XVI, 47*) **4** proicerent: *corr. Iun.* || exta $F^3$: exstra $L$: extra $B^A C^A D^A$ **6** Aquo $L$ || propinquantum $L$: pro quantum *rell.* || **7** aquo $L$ expeditio qui $L^1$ || **10** miratus $L B^A$ (*praec.* m) || aquo $L B^A$ (*cum Turic., Lugd.*) || licere $L B^A$ (*cum Turic.*).

ALTERNATIM, per vices. Quadrigarius Annalibus lib. IV (50): 'item gaudium atque aegritudinem alternatim sequi'.

APRICARI, in aprico esse. Varro Mysteriis (328): 'licet videre multos cotidie hieme in sole apricari'.

APSENTE NOBIS et PRAESENTE NOBIS, pro praesentibus et absentibus nobis. Plautus Amphitryone (400):

nec nobis praesente aliquis quisquamst servus.

Afranius Auctione (6):

adest. si hác absente nóbis venierít puer.

ANTIQVARI, obsolefieri, et memoria tolli. M. Tullius de Officiis lib. II (73): 'perniciose enim Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est *et* in eo vehementer se moderatum praebuit'.

ADLECTAT, inlicit, delectat. M. Tullius de Senectute (57): 'ad quem fruendum non modo retardat, verum etiam invitat atque adlectat senectus'.

ABVSA, utendo vel in usum consumta. Plautus Asinaria (196):

"úbi illa quae dedi ánte?"—"abusa. nám si ea durarént mihi,
múlier mitterétur ad te néc te quicquam póscerem."

ASSA voce, sola vice linguae tantummodo || aut vocis humanae non admixtis aliis musicis esse voluerunt. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'in conviviis pueri modesti

---

3—13 Atr.—esse; 15—16 Abs.—et abs. no.; 20 Ant.—tol.; 24 Adl.—del.; 27 Ab.—cons.; 1—2 As.—vol.

---

**11** uiges $L^1$ || **14** ultos *L* || **15—16** (pro praes. nobis et abs. nobis *P*): pro abs. nobis et praes. nobis *Mu.* || **17** al.] alius *codd. Pl.* || quisquamst *scripsi:* quisquam nisi: quisquam est *codd. Pl.* || **19** ades *Iun.* || hic *Me.* || v. puerit *L*: (invenierit puer *G*) || **20** ec *Mu.* || **23** et *om.* (*praec.* est) || **24—26** *cf. 321. 5* || **25** non modo non *codd. Cic.* || **28** illaec *codd. Pl.* || nam si *Pl.*: nimis || **29** pascerem || **1** Assas $L^1 C^A D^A$ || s. voce $B^A C^A D^A$ || **3** conviis *L.*

77 M.

ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, et assa voce et cum tibicine'. — idem Cato vel de liberis educandis (26): 'melos alterum in cantibus est bipertitum: unum quod est in assa voce, alterum quod vocant organicon'. — a s s u m autem aestimandum est, ut in obsoniis, sine pigmento saporis alieni; quemadmodum m e r u m dicitur solum.

ARCI. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'eoque pecuniam magnam consumsisset, quod arci, quos summo opere fecerat, fessi pondere, diffracti celeriter corruissent'.

ADMINICVLAVI positum pro adiuvi. Varro Cato vel de liberis educandis (1): 'quod petisti, ut eius educationis fierem tibi socius, quoad potui, adminiculavi tuam voluntatem scribendo'.

## INCIPIT PER B LITTERAM.

BAETERE, id est ire. Varro *Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας* (553): 'annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras baetere iussit'. — Pacuvius Niptra (255):

vos hínc defensum pátriam in pugnam bítite.

idem Medo (227):

si resto, pergitur † eam; si ire conor, prohibet baetere.

---

10—19 Arc.—iussit.

---

5 tubicine: *corr. Ald.* || 6 alterum *secl. Quich.*: *fort.* autem (at) || 7 in *secl. Mu.* || 8—9 assum — solum *secl. Mu.* || 11 -sisse (?) *Mu.* || 11—12 suo aere *Mu.* || 12 flexi *Mu.* (*propius esset* fissi) || diu facti: *corr. Quich.*; et infracti *On.* || 14 ducationis $C^A$ $D^A$ || 15 vol. *om.* $C^A$ (*non Turic.*) $D^A$ || 16 INC. *om.* $D^A$ || 17 Baetere $F^3$ $C^A$ $D^A$: Betere $L$ $B^A$ || 18 annos *Turneb.*: sanos (*praec.* *ας*) (sannos *Paris. 7666*) || 19 baetere $F^3$ $C^A$ $D^A$: baeterat $L^1$: betere $B^A$ || 20 bos || 20—21 bitite. idem *Iun.*: idem bibite || 22 percit (?) *Mu.* || ut eam *Me.*: viam *On.* (*del.* ire?) || (bet. *G E*).

BELLIORES est meliores. Varro Testamento, περὶ διαθηκῶν (541): 'venio nunc ad alterum genus testamenti quod dicitur φυσικόν; in quo Graeci belliores quam Romani nostri'.

BRVTVM dicitur hebes et obtusum. Lucretius lib. III (545):

an contracta suis e partibus obbrutiscat.

Pacuvius Hermiona (176):

et obnóxium esse || aut brútum aut elinguém putes.

BVLGA est folliculus omnis, quam et cruminam veteres appellarunt. et est sacculus ad bracchium pendens. Lucilius Satyrarum lib. VI (22):

cui neque iumentum est nec servus nec comes ullus,
bulgam et quidquid habet nummorum secum habet ipse;
cum bulga cenat, dormit, lavit: omnia in una
sunt homini bulga; bulga haec devincta lacerto est.

Varro Octogesi, περὶ νομισμάτων (343): 'in quo nobilius est philippeum quod accipimus quam quod bibimus, cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam'. — Lucilius lib. XXVI (13):

íta uti quisque nóstrum e bulga est mátris in lucem éditus.

BACILLVM. M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 142): 'denique proximus lictor Sextius, de quo saepe iam dixi, converso bacillo oculos misero tundere vehementissime coepit'. — Afranius Omine (224):

bacíllum delicátum
cornéolum poscit.

---

23—26 Bell.—obt.; 2—3 Bul.—pend.; 13—17 Bac.—posc.

---

24 ad adulterum (-ut- $L^1$): (*corr. Turic.*) || 27 obbrutis ob *L* || 7—8 lavit *L*: lavat $F^3 B^A$ || in una seti hominibus b. h.: *corr. Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*) || lacerto *Lachm.*: certo (*praec.* ta) || 10 est est || 11 abdamus *Gulielm.* || 12 ut || 13—18 bacc. *plerique codd.* || 14 lictorisextius || 15 tondere *L* || 16 deligatum *L* $B^A$.

Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (33): 'ut bacillum aliut est inflexum et incurvatum, aliud ita natum'.

BACCHARI veteres non solum Bacchi numine furere dici voluerunt; verum et loca, in quibus sit debacchatum, bacchata dixerunt. Vergilius in Georgicorum lib. II (486):

o ubi campi
Sperchiusque et virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta?

nam et quidquid vehementius conmovetur, bacchari voluerunt. Santra Nuntiis Bacchiis (1):

ita obpletúm sono
furénter ab omni párte bacchatúr nemus.

BLATERARE, confingere per mendacia. Afranius Augure (13):

quid pródest istuc té blaterare atque óbloqui?

idem Incendio (194):

illúd memento || nequid in primis bláteres.

Caecilius Hymnide (66):

sine † blanditiae nihil agit
in amore inermus.

BOVNT dictum a boum mugitibus. Pacuvius Medo (223):

clamóre et sonitu cólles resonantés bount.

---

20—22 Bac.—dix.; 30 Blat.—mend.; 5—6 Bo.—bo.

---

18 et ba. *L* || 20 nomine: *corr. Ald.* || 23—24 campis percis et $L^1$ || 27 baccis (-cch-): *corr. Gulielm.*: Bacchi *Ribb.* || 28 obsoletum: *corr. Gulielm.* (obspl. *Mu.*) || 29 furenter $F^3B^A$: ferenter *L*: furente *Bue.* || nemus $F^3$: nemes $LB^A$ || 31 quid prodest $F^3$: quid est $LB^A$ || obloqui $F^3B^A$: obliqui *L* || 1 inp. ne qu. *Hermann.* || 2 Blandities *add. On.* (*sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 96*) || imnide sine $L^1$: imnis desine $B^A$ || sine blaterare *Victor.*: desine blanditias blaterare *Osann.*: s. blandirier *Stowasser*: *fort.* sine blande blaterem (blē) || agis *Mu.* || 4 inermu's *Mu.*

Vergilius Georgicorum lib. III (223):

reboant silvaeque et magnus Olympus.

Varro Parmenone (386):

exeunt citi, strepunt, † exeunt, bount.

BAIVLARE, ferre. Plautus Asinaria (660):

ego báiulabo; tu, út decet dominum, ánte me ito inánis.

BIPENNIS manifestum est id dici quod ex utraque parte sit acutum; nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores ad hanc similitudinem pinnaria vocant eleganter. [et] Varro Marcipore (274):

dehínc bipinnis út levis passérculus.

idem eodem (272):

at nós caduci, naúfragi, ut cicóneae,
quarúm bipinnis fúlminis plumás vapor
perússit, alte maésti in terram cécidimus.

idem Parmenone (389):

feréns
férream úmeró bipínném secúrém . .

BIVIRAS, quas usus viduas appellat. Varro Lege Maenia (239): 'ad biviram venio. cum vellem ostendere quid vellem, Metamelos, Inconstantiae filius, me reprehendit'.

---

11—15 Bai.—voc.; 24 Biv.—app.

---

**10** citis trepunim *L* || exeunt (*alt.*) *del. Ald.*: *fort.* euant || éxeúntí strepúnt, éxeúntí boúnt *Bue.* || **12** dicet $D^A$ || dom. *Pl.*: dolonum (-nem $H^2$ *cum Bamb.*) || **13** est *om.* $L^1$ (*cum Turic.*) || **14** sit *om.* $C^A$ $D^A$ || **15** pinnari: (*corr.* $F^1$) || et *om. ed. princ.* || **16** dehinc *Quich.*: delunae: telum *Mu.* || **18** at nos *Iun.*: annos || naufragii || ut $F^3$: it (*praec.* i) *L* $B^A$ || cicero nec: *corr. Iun.* || **19** fulminis $F^3$ $B^A$: *om. L* || **20** perursit: *corr. Iun.* || **23** numero $L^1$ || **24** binubas *Havet* (*Rev. Phil. XV, 61*).

BOVINATORES, quos nunc malitiosos et tergiversatores dicimus. Lucilius lib. XI (27):

[hic] si tricosu' bovinatorque ore inprobu' duro.

BVBVLCITARE. Varro Manio (257): 'Autumedo meus quod aput Plotium rhetorem bubulcitarat, erili dolori non defuit'. — Plautus Mostellaria (53):

decét me amare et té bubulcitárier.

BASIS. Varro Ὄνος λύρας (362): 'primum eam esse φυσικήν, quod siet ἔμφυτος, ut ipsa vox, basis eius'. ||

BADIVS. Varro Ὄνος λύρας (358):

equí colore díspares itém nati:
hic bádius, iste gílvus, ille múrinus.

BINVM MILIVM NVMERO, pro binis milibus. Sisenna Historiarum lib. III (36): 'ad binûm milium numero sauciis utrimque factis'.

BALBE, obscure. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'praeterquam duobus in primis est scriptum: spectare velit potius quam voluntatem balbe mandatam dicere magistratus'.

BAIOLVM. Cicero de Oratore lib. II (40): '«rémigem aliquem aut báiolum» nobis oratorem descripseras'.

BALBVTTIRE est cum quadam linguae haesitatione et confusione trepidare. Cicero Academicorum lib. IV (137): 'plane, ut supra dixi, Stoicus perpauca balbutiens'. — et Tusculanarum lib. V (75): 'me quidem auctore etiam

---

27—28 Bov.—dic.; 30—32 Bub.—def.; 4 Bin.—milibus; 9—12 Bai.—trep.

---

27 Boviatores || 29 hic *om. codd. Gell. XI, 7. 7* (*ubi* est autem in Lucili XI versus hic: si, *etc.*) || boviator || 31 bubulcitare: *corr. Roth.*: -ret *Turneb.* || alterili d.: *corr. Roth.*: laterali' dolor *Mu.* (*ex Enn. Ann. 509*) || 33 bubulcitare || 34 Bases || 35 siit || 5 non uero saucius $L^1$ || 7 praeterq. quod d. (?) *Mu.* || 8 vol. debeam non datum di. magistratum: *correxi*: *lacunam post* scriptum *sign. edd.* || 10 discripseris (descr.) || 13 dic $L^1$ (*seq.* st.): dictus *BA*.

Peripatetici veteresque Academici balbuttire aliquando desinant'.

BVRA dicitur pars aratri posterior decurvata. Vergilius Georgicorum lib. I (169):

continuo in silvis magna vi flexa domatur
in burim.

Varro de Re Rustica lib. I (19, 2): 'et saepe fracta bura relincunt vomerem in arvo'. — hanc Vergilius [in] burim vocavit.

BLITEA, inutilis, a blito, herba nullius usus. Plautus Truculento (854):

blítea et lutea est méretrix.

Laberius in Tusca (92):

bípedem bliteam béluam.

BVCERIAS boum greges Lucretius lib. II (661):

lanigerae pecudes et equorum duellica proles
buceriaeque greges.

BAVBARI, latrare, a canum voce. Lucretius lib.V (1071):

et cum deserti baubantur in aedibus.

BELLOSVM, bellicosum. Caecilius (292):

tántum bellum súscitare cónari adversários
cóntra bellosúm genus! ||

BVAS potionem positum parvulorum. Varro Cato vel de liberis educandis (14): 'cum cibum ac potionem

---

16 Bu.—dec.; 23 Bl.—usus; 27 Buc. b. gr.; 30 Bau.—vo.; 32—6 Bell.—comedit.

---

21 in *del. ed. princ.* || 21—22 hanc—voc. *secl.* (?) *Mu.* || 24 bliteae clautea est || 27 Buc. [b. g.] *Mu.*: *fort.* Buc. g., b. g. || 27—29 *cf.* *208. 23* || 28 lanigene (-nae) *codd. h. l.* || 29 luceriaeque *L* || 30 Baubare || 32 cecilius $B^A$: caelius $L$ $C^A$ $D^A$ *Caelio Antipatro ascr. edd.* || 1 pos. *secl. Mu.* || 2 cium $L^1$.

81 M.

buas ac pappas vocent et matrem mammam, patrem tatam'. — Lucilius lib. VIII (fr. VII) cum vinulentas diceret, vinibuas designavit.

## INCIPIT PER C LITTERAM.

COMEST pro comedit. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (289):

natura humanis omnia sunt paria:
qui pote plus, urget, piscis ut saepe minutos
magnu' comest, ut avis enicat accipiter.

Titinius Gemina (37):

libram aíebant satis ésse ambobus fárris:
intrítae plus comes sóla, uxor.

idem Fullonibus (15):

ego mé mandatam meó viro male árbitror,
qui rém disperdit ét meam dotém comest.

Afranius Aequalibus (4):

.. iste, ut tú rem narras, bóna comest hic quotídie.

Plautus Mostellaria (12):

sine módo venire sálvum, quem absentém comes.

idem Trinummo (250):

quod ebibit, quod comest, quod facit sumti.

Pomponius Pistore (122):

décipit vicínos; quod moléndum conduxít, comest.

---

32—6 Bell.—comedit.

---

3 pappo *L* ‖ docent: *corr. Palmerius*: dicunt *Popma* ‖ mampnam (*ex* mammam?) *L* ‖ 4 disceret: *corr. ed. princ.* ‖ 5 INC. *om.* $D^A$ ‖ 7 humana $L^1$ ‖ 8 surget $L^1$ ‖ 11 aiebant *Ald.*: agebant ‖ 11—12 farris intritae (-te) $F^3B^A$: fratris intinritae *L* ‖ comest *ed. princ.* ‖ usor ‖ 15 rem $F^3$: ren $LB^A$ ‖ 17 dona: *corr. Passerat.*: domini bona *On.* ‖ comes: (*corr.* $P^1$) ‖ hic com. *Ribb.* ‖ hic *del. On.* ‖ quot dies *Goetz. Act. soc. Lips. VI, p. XI* ‖ 19 sine *Pl.*: ne ‖ 20—21 *cf. 484. 24* ‖ 21 et bibit *codd. h. l.*

Novius Fullonibus Feriatis (30):

vortít se in omnis béstias; comest quídquid tetigit tántum.

idem Agricola (1):

edepól, paternam quí comest pecúniam.

Lucilius Satyrarum lib. IV (42):

conmanducatur totum conplexa comestque.

et XXX (50):

conficit ipse comestque.

M. Tullius in Hortensio (30): 'se ad extremum pollicetur prolaturum, quae se ipsa comest, quod efficit dialecticorum ratio'.

CVIA pro cuius. Lucilius lib. XXX (104):

cuia opera Troginu' calix per castra cluebat.

CONTOLLERE, contra tollere. Plautus Aulularia (814): ||

contollám gradum.

CLARITVDO pro claritas. Sallustius [in] Iugurta (2, 4): 'cum praesertim tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur'. — Sisenna Histor. lib. III (49): 'quod fortassean ex voluntate sua summa cum claritudine celeriter confecisset'.

CONLVVIO, labes ex inmunditia. M. Tullius de Senectute (84): 'cumque ex hac turba et conluvione discedam'.

CONMALAXARE est exercere ac maturefacere. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν (177): 'nec dolere ἀδιάφορον

---

36—2 Cont.—claritas; 6 Conl.—inm.; 8 Conm.—maturef.

---

28—29 (conp.) *cf. 478. 30* (*s. v.* conmanducatur); *477. 10* || 29 conplexum (comp.) *codd. 478*: conplexu' *Mu.* || comisque: *corr. Σ* || 30—31 *cf. 269. 20* (*s. v.* conficere) || 31 comestque $F^3$ ($F^2$?): comesque $L$ $B^A$ || 33 pro prolaturum *L vide Plasberg. p. 37* || 34—35 *cf. 87. 28* (*s. v.* cluet) || 35 Troianus *On.* || 2 in *om. L* || 4 paretur *L* || 5—6 celeriter communditia m. tullius (*cett. om.*) $L^1$ || 6—7 *cf. 524. 31* || 7 turba et *L*: turbae $B^A$ || 8 mature (*om.* facere) $L^1$ || 9 dolore: -ere *Me.*: -orem *Iun.* || adiafurones se || et dolere et gaudere ad. *Mu.*

esse, quod philosophia conmalaxarem ea πάθη, neque irato mihi habenas dedi umquam neque cupiditati non inposui frenos'.

CETRAM. Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (88):

quís rutundam fácere cetram néqueat?

CORACEM nove positum pro corvo. Cicero de Oratore III (81): 'quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere'.

CANITVDINEM pro canitie Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως (5): 'sed neque vetulus canterius quam novellus melior nec canitudini comes virtus'.

CONDOCEFACERE. Cicero Tusculanarum lib. V (87): 'nemo est enim quin eorum bonorum animum putet esse iudicem eumque condocefaciat ut ea, quae bona malave videantur, possit contemnere'.

CONSCRIBILLAVI, pro conscripsi. Varro Columna Herculis, περὶ δόξης (76): 'itaque eas inceravi *et conscribillavi* Herculis athlis'. — idem Marcipore (280): 'astrologi || non sunt, qui conscribillarunt pingentes caelum?'

CONMICTILIS. Pomponius Praecone Posteriore (138):

sí sciam quid velís, quasi servi cómici, conmíctilis.

CONTENTE, parce et continenter. Plautus Asinaria (78):

quamquam íllum mater árte contentéque habet.

---

12—14 Cet.—curvo; 17 Can. p. can.; 20—23 Cond.—conscripsi; 2—4 Conm.—contin.

---

10 ea patrem: *corr. On.*: eam partem *Iun. marg.* || 11 cupiditas: *corr. Popma*: -tatibus *On.* || inposuit (imp.): (*corr.* $H^1$)' || 14 curvo $L$ $C^A$ $D^A$ || 17 *fort.* -tiem || 21 qui in eorum b. $L^1$ $C^A$ $D^A$: qui eorum b. $B^A$ (*cum codd. Cic.*): eorum quin *Ernesti* || esse *om.* $L^1$ || 22 tute atque bona mala vid. $L^1$ $C^A$ $D^A$ || 23 Conscribilla $L^1$ || Varro $F^3$: *om. rell.* || Columnis *Mommsen. hist. Rom.*[3] *III, 588* || 24 et conscr. *add. Roeper.* || 25 adlis: *corr. Me.* || 1 ping.] peringeniose *Mu.*: figmentis *Oehler.* || 2 Conmicilis $L^1$ $C^A$ $D^A$ || 3 si sc.] sciscam *Quich.* || vis *Both.* || 4 Contentes *L.*

CARIES est vetustas. Varro Cosmotoryne, *περὶ φθορᾶς κόσμου* (227): 'singulos lectos stratos ubi habuimus, amisimus propter cariem et tineam'. — Lucilius lib. XXX (105):

claude una est pedibus cariosis mensula vino.

CHORTES sunt villarum intra maceriam spatia. Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (383):

dúm vixi, promísca res meis in cortibús pavi.

idem de Re Rustica lib. I (13, 3): 'nec minus, et a pabulo cum redierunt anseres, sues, porci, in chorte exteriore'. — idem de Vita Populi Romani lib. I: 'ad focum hieme ac frigoribus cenitabant; aestivo tempore in loco propatulo; rure in chorte; in urbe in tabulino, quod maenianum possumus intellegere tabulis fabricatum'.

CVPAS. Varro Est Modus Matulae, *περὶ μέθης* (116): 'cupas vinarias sirpare noli. adde cyathum vini in uxorculae pocillum'. — idem Sesqueulixe (484): 'alteram viam deformasse Carneadem virtutis
«e cupis acris aceti»'.

COMEDIM pro comedam. Plautus Bacchidibus (743):

quód dem scortis, quódque in lustris cómedim, congraecér,
pater.

---

7 Car. e. v.; 11 Ch.—sp.; 19 Cup.—*μεθ.*; 23 Com. p. com.

---

**8** sicubi ullos l. s. h. *Mu.* || **9** et tiniam $F^3$ $B^A$: et inaniam *L* || **10** plauda: *corr. Guietus*: plauta *Σ*: plancla *On.* || mensu iabino $F^3$: mensu libano *L* $B^A$: *corr. vir doct in exempl. Bodl.*: mensa Liboni *Scal.*: mensa Sabino *Mu.* || **13** promis caris: *corr. On. post Quich.*: promisca avis *Roaldus* || mei: *corr. Iun.* || pavit: *corr. Popma* || dum vixit, promiscas avis (*vel* promisca Ceres) mei in chortibus pavit *Bue.* || **15** palo *L* || **16** hiemem *L* || **18** tabulono *L* || **19—20** *μεθησσυ* cupas: *corr. Ald.*: tu cupas *Oehler.* || **20—21** uxorculem: *corr. ed. a. 1476* || **21** opocillum (-pic- $B^A$): *corr. Turneb.* || depormasse $L^1$ || **22** se (*praec.* s) cupis *L*: securum (?) *Mu.* || **23** Comedi *L* || **24** illustris $B^A$ || congreger: et congregem *codd. Pl.*: *corr. Roth.*

Cicero ad Varronem epistola Paeti (ad Fam. IX, 20, 3): 'set cura, si me amas, ut valeas, ne ego te iacente bona tua comedim. statui enim tibi ne aegroto quidem parcere'.

Pomponius || Prostibulo (151):

égo quaero quod cómedim; has quaerunt quód cacent:
contráriumst.

*CONMEMORAMENTVM.* Caecilius Plocio (166):

pudébat, credo, cónmemoramentúm stupri.

CONSPICILLVM, unde conspicere possis. Plautus Medico (102):

in cónspicillo
ádservabam, pállium observábam.

[COLVMNAM] COLVSTRA, lac concretum in mammis.

Lucilius lib. VIII (14):

† hiberam insulam fomento omnicolore colustra.

Laberius in Virgine (95):

síquidem mea colústra fretus.

---

5—7 Consp.—pall. obs.; 10—14 Colustra Lab.—sign.

---

25—26 P. s.] petisset: ad Paetum, set *Mu. in append.* (?) | 26 te *om.* $B^A$ || 2 quod edim: *corr. Munk.* || his *Ribb.* || quod *edd.*: quos || contrarius est || *post hunc v.* Caecilius Asoto, nihilne, nil tibi esse quod edim? *ex 507. 5 add. Ribb.* || 3 Com. *add. Iun.* || 5 -cilium || 6 conspilio $L^1$: conspicilio *rell.* || 7 adservabam pallium *om.* *L* || hínc in c. obs., ȧds. p. *On.* || 8—10 Columnum lacconeregium ere mammis — bera (?) f. o. Colustra laberius $F^3$: columnam lacchonere iunmi mammis luc. lib. VII hiberam (*ex* beram) sulam (*corr.* insulam) f. o. colustra lab. $L^1$: Colustra lumnam lacchonere iunmi mammis luc. lib. VIII hiberam insulam f. o. colustra lab. $B^A$ *In archetypo* colustra *per compend. script. male explic. erat* columnam, *nisi quidem duo lemmata in unum conflata erant* (*vid. Onions Iourn. Phil. XVI, 173*) || 9 *fort.* insutam tomento || 11 fartus *Mu.*

CRETERRA. *Naevius Lycurgo* (42):

cretérris [studere fecisset] sumere aquam éx fonte.

CONQVINISCERE et OQVINISCERE inclinari significat.

Plautus Cistellaria (657):

fáciundum est puerile officium: cónquiniscam ad cístulam.

idem Pseudolo (864):

si cónquiniscet ístic, cevetó simul.

COPI pro copioso. Plautus Pseudolo (674):

átque ego nunc me ut glóriosum fáciam et copi péctore.

Turpilius Epiclero (61):

te quidem ómnium,
iám, pater, copém causarum fácit.

Pacuvius Periboea (307):

ó multimodis várie dubiûm et prósperûm copém diem!

CONLVTVLET significat dedecoret. Plautus Trinummo (693):

haec famigerátio
té honestet, et mé conlutulet sí sine dote dúxeris.

---

10—14 Colustra Lab.—sign.; 19 Co. p. co.; 26 Conl. s. d.

---

**12** *add. Ribb.* || **12—13** *fort. aut secludend. aut cum 84, 31—85. 9 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 40*) || **13** *cf. 547. 23* (*s. v.* creterra) || terris *codd. h. l.* || studere fecisset *om. codd. 547*: *fort. in fine v. 11 collocand. et corrigend.* tua e re fecisset || nam ut (ve) ludere laetantis inter se vidimus praeter amnem creterris sumere aquam ex fonte (ponte *vel* sponte) *codd. 547* || **14** et oq. *secl. Mu.* || **18** si iden c. *L* || conquiniscet *Pl.*: conquiniscesi (-caesi) || **23** pater iam *Both.* || causarem: *corr. Both.*: casnarem *On.* || **25** multimodiis || **26** Conlutulentet *Bergk. ad Plaut.* || **28** honestet et $F^3 B^A$: honestet *L*: conestet *Mu.* || conlutulent et si *codd. Pl.*: conlutulet et si.

CONGENERAT est adiungit, adsociat. Accius Phinidis (580):

quaéve ut Graio tíbi congenerat géntium aut generum adfinitas?

CETTE significat dicite vel date, ab eo quod cedo. Naevius Lycurgo (46):

proinde húc Dryante régem prognatúm patre
Lycúrgum cette!

Ennius in || Medea (235):

sálvete, óptima córpora!
cétte manús vestrás measque áccipite!

Accius Melanippo (425):

Oéneum aliquis cétte in conspectum, aút nos, ubi est, dúcite ad eum.

Pacuvius Atalanta (62):

. ís vestrorum utér sit, cui signúm datum est,
cette.

CVPPEDIA, cupiditas. Cicero Tusculanarum lib. IV (26): 'ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinulentia, cuppedia'.

CASTITVDINEM, pro castitate. Accius Phoenissis (585):

ibi fás, ibi cunctam antíquam castitúdinem.

COMITASSET pro concubuisset. Accius Erigona (53):

tum autem Aégisthus si méae eodem lectó comitasset mátri.

---

29 Cong.—ads.; 31 Cette—cedo; 10—12 Cup.—pro cast.; 14 Com. pro cub.

---

**29** et sociat $C^A$ (*non Turic.*) || **30** ut *Ribb.*: at: hanc *Mu.* || grafo: (*corr.* $F^2$ *ut vid.*) || gentum aut *Both.*: *secl. Duentzer* || **33** pr. h. Dr. *Ribb. post Iun.*: proindustriant te || **5** aeneum: *corr. Passerat.* || ubi ubi est *Grotius* || **8—9** *vel cretic. metr.* || **11** pervicati $C^A$ $D^A$ || liguratio $L$ $C^A$ $D^A$ || **12** -tatem *Mu.* || **14** cob. $L$ $B^A$: cub. $C^A$ $D^A$: concub. *scripsi* || Com. pro cohibuisset *On.*: Cubitasset pro cubuisset *Mu. post Passerat.* (Comroasset, habuisset *gl.*) || **15** me esse (ēē) eodem: *correxi*: me eodem *Grotius*: me ex eodem *Bue.* || leto *Grotius* || matri *scripsi*: patri.

CITVMA sunt proxima caelo. † [milia]. M. Tullius de Republica lib. VI (3): 'ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, cituma terris luce lucebat aliena'. — et in lib. I (34): 'quare, si placet, deduc orationem tuam de eo loco ad haec citeriora'.

CLARET, clara est vel clareat. Turpilius Paedio (152):

cuíus adventu ínsula hodie cláret
Cyprós.

Ennius Telamone (279):

nam íta mihi Telamónis patris atque Aéaci et proaví Iovis
grátia † ea est átque hoc lumen cándidum clarét mihi.

CASTERIA, locus ubi, cum navigatio conquiescit, remi et gubernacula conquiescunt. Plautus Asinaria (519):

quín pol, si reposívi remum, sóla ego in castéria
úbi quiesco, omnís familiae caúsa consistít cibi.

COQVINATVM, ad coquendum. Plautus Aulularia (408):

néque ego umquam, nisi hódie, ad Bacchas véni in bac-
canál coquinatum. ‖

CVRIO, curiosus. Plautus Aulularia (563):

volo scíre ego ex te, quí sit agnus cúrio.

CVLCITA. Varro Quinquatribus (448): 'quam in testudineo lecto culcita plumea in die dormire'. — idem de

---

16 Cit.—mil.; 20 Clar.—vel clare; 26—27 Cast.—conq.; 30 Coq. ad quoq.; 1—12 Cur.—cab.

---

**16—19** *post 25 collocand. videntur* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 40*) ‖ **16** proxima * * * caelo milia *Me.*: c. m. *secl.* (?) *Mu.*: *fort.* prox. loco *vel* pr. terris et a c. ultima ‖ **18** ultima c. $B^A$ ‖ **18—19** *cf. 289. 7* (*s. v.* deducere, vocare) ‖ **19** de caelo ad *codd. 289* ‖ **21** sit *Mu.* ‖ vel clare $C^A D^A$ ‖ **21** hōdie *probat Ribb.*: h. da cl. *Mu.* ‖ **24** atque] avi *Bergk.* ‖ Aeaci et *Bergk.*: faciet ‖ tovis *L* ‖ **25** gr. extet (est.) *Ribb.*: astet *Bue.* ‖ **28** pol si *Pl.*: pulsi ‖ repulsivi $B^A$: repulsavi *L* ‖ rem *L* ‖ **29** cibi *L*: ibi $B^A$: tibi *codd. Pl.* ‖ **31** in in *L* ‖ **4** dies *On.*: diem *vir doct. ap. Oehler.*

86 M.

Vita Populi Romani lib. I: 'qui primus uxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus, tribus plagulis cum strasset'.

CYTRVS. Varro Gerontodidascalo (182):

ín quibus Libýssa citrus fásceis cingít fores.

CAECVTTIVNT. Varro Gerontodidascalo (193): 'utrum oculi mihi caecuttiunt? an ego vidi servos in armis contra dominos?'

CABALLVS. Lucilius lib. III (33):

succussatoris, taetri tardique caballi.

Varro Parmenone (388):

áliús cabállum árborí
rámo in húmili ádligátúm relínquít . .

idem Sesqueulixe (478): 'in castris permansi; inde caballum reduxi ad censorem'.

CODA. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (518): 'sed ut canis sine coda'.

CARNALES, edules. Varro Sexagesi (494): '«vix ecfatus erat», cum more maiorum ultro carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant'.

CRASSVM positum pro hebeti et stulto. Varro Sexagesi (487):

sénsibus crassís homulli nón videmu' quíd fiat.

---

1—12 Cur.—cab.: 18—22 Coda—stul.

---

5 primum *Mu.* ‖ 6 tribus *scripsi*: toribus $F^3 C^A D^A$: toris $B^A$: oris *L* ‖ 7—8 *cf. 451, 17* (*s. v.* fasceam pro cortice) ‖ 8 libia (ly.) *codd. h. l.* ‖ fasces *codd. h. l.* ‖ forem *codd. 451* ‖ 9 (Cecuttiunt lippiunt $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$: Cicuciunt cupiunt *gl.*) ‖ 10 (mei *F*) ‖ 11—12 *cf. 16. 28* (*s. v.* succussare) *fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 40*) ‖ 11 II *codd. h. l.*: III (IIII) *codd. 16* ‖ 12 succusator $L^1 C^A D^A$: succusatori $B^A$: (-ris $F^1$) ‖ tardi rarique *codd. 16* ‖ caballo $L^1$ ‖ 14 arboris *ed. a. 1476* ‖ 19 Casnares *Iun.* ‖ sedules (*praec.* s) *L*: sedules *an* setdules *incert.* $B^A$: se $C^A D^A$: *corr. Roth.*: seniculos *Mu.* ‖ 20 casnares *Iun.* ‖ 21 fonte: *corr. Iun.* ‖ 23 senibus: *corr. Meinek. idem error 106. 25* ‖ homuli $B^A$: homili $F^3$: humili *L*: *corr. Meinek.* ‖ vidimus: *corr. Scal.*

CANVM, vetus, anticum. Vergilius lib. I (Aen. I, 292):

cana Fides et Vesta.

Varro Eumenidibus (141):

ét ecce de inprovíso ad nos accédit cana Véritas,
Attices philosóphiae alumna.

CISSIVM, vehiculi biroti genus. M. Tullius Philipp. libro II (77): 'delituit in quadam caupona atque ibi se occultans perpotum cisio domum venit'. ||

CELERATIM, celeriter. Sisenna Historiarum lib. VI (126): 'quo magis celeratim poterant, insidiis suos disponit'.

COPIATVR, a copia, honeste positum, ut lignantur et pabulantur et aquantur. Caelius lib. I (Claud. Quadrig. 24): 'armis et magno commeatu et praeda ingenti copiantur'. — Vergilius Georgicorum lib. IV (193):

sub moenibus urbis aquantur.

CONFVTARE est confundere vel conmittere. Varro Manio (249):

harum aédium
symmétria confutábat architéctones.

---

24 Can. vet. ant.; 29—1 Cis.—celeriter; 3—4 Cop.—aq.; 8 Conf.—committ.

---

**24—25** *cf. 313. 22 fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 40*) || **26—28** *cf. 242. 39* (*s. v.* alumnos) || **27** et *del. Fleckeisen.* || inprovisus *L* || **28** atticis *codd. h. l.* || filop (*i. e.* filoprae) *codd. h. l.* || **29** Cassium *L* || **30** delevit || cauponula *codd. Gell. VI, 11* || ubi $C^A D^A$ || **31** occulans *codd. Gell.* || perpotavit ad vesperum inde cisio *codd. Gell.*: perpotum cissim $F^3 B^A$: perpotum scissim $L C^A D^A$ || **1** celiter *L* || sexto *codd. Gell. XII, 15*: V || **2** quam maxime celatim poterat in ins. *codd. Gell.* || **3** Copiatur $L^1 C^A D^A$ (*cum G E*): Copiantur $B^A$ *ut vid.* || **4** Claudius *Gell. XVII, 2* || **5** multis armis *Gell.* || et pr. *Me.*: set (sed) pr.: praedaque *Gell.* || **8** Confuture $L^1$ || conmiscere *docti ap. Me.*: conmovere (?) *Mu.* || **10** summeatria c.: *corr. Roth.*: asummetria c. *Baehrens.*: summetriam confutabant (?) *Me.*

87 M.

Titinius Setina (128):

cocu' mágnum ahenum, quándo fervit, paúla confutát trua.

CONPLVRIES, frequenter. Cato Suasione in Legem Popili (74): 'quod conpluries usu venit, omni tempore anteventum esse rem publicam credimus'. — idem Originum lib. IV (79): 'conpluries eorum milites mercennarii inter se multi alteri alteros in castris occidere'. — Plautus in Persa (534):

"quíd? metuis?" — "metuo hércle vero: sénsi ego conplúries."

COGNOMEN est eiusdem nominis. Afranius Divortio (55):

† letium genus,
cognátionis mórborum cognóminis.

CLIPEAT. Pacuvius Hermiona (186):

cúrrum liquit, clámide contorta ástu clipeat bráccium.

ita et g a l e a r e. Cinna in Epigrammatis (12):

miseras audet galeare puellas.

CONVASARE dicitur furto omnia colligere. Terentius Phormione (190):

áliquid convasássem atque hinc me coicerem protinus in pedes.

---

13—17 Compl.— occ.; 19—24 Cogn.— calcare; 26 Conv.— coll.

---

**11** idem libro I nius (*pro* it l i nius) sedina: *corr. Iun.*: idem lib. I * * * Titinius Setina *Bentin.* ‖ **11—12** *cf. 19. 17* (*s. v.* trua); *249. 19*; *503. 3* (*s. v.* fervit) ‖ **12** magnus nahenum *codd. h. l.* ‖ tria $F^3 L^1$ ‖ **13—18** *fort. post 86. 28 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 40*) ‖ **13** populi: *corr. Iordan.*: M. Popili *Mommsen.* ‖ **14—15** a. e re publica cr. *Mu. post Keil.* ‖ **15** credimus *Keil. ap. Iordan.*: reddimus ‖ **16** multi *etiam codd. Gell. V, 21*: inulti *Me.* ‖ **17** in c. *om. codd. Gell.* ‖ **19** (Cognomines $F^2$ *ut vid.*): Cognomine *Neukirch.* ‖ **20** plebeium *Ribb.*: bliteum *On.*: *fort.* letiferum ‖ **21** cognationis *Hermann.*: cognominationis ‖ **22** (Clipeat operit $F^3$ *mg.*: Cl. coperit *ind. marg. in* $B^A$ *et gl.*) ‖ **23** linquit *Quich.* ‖ cl. br. *Varro Ling. Lat. V, 7*: clipeatur accium $C^A D^A$: clipeat et accium $L B^A$ ‖ **24** calcare: (*corr.* $F^3$ *mg.* $B^A$ *mg.*) ‖ (Galeare operire $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$ *et gl.*) ‖ **26** Conversare $L^1$: Convassare $B^A$ ‖ **27** -vass- $B^A$ ‖ me co. $F^3$: me ego co. $B^A$: ego oicerem (*om.* me) $L^1$ ‖ protinam *Nigidius ap. Donatum*: protinus (*cum codd. Ter.*)

CLVET, nominatur. Lucilius lib. XXX (104):

cuia opera Troginu' calix per castra cluebat.

Ennius || Ambracia (1):

pér gentes Asiaé cluebat ómnium misérrimus.

Pacuvius Iliona (194):

istaéc cluentur hóspitum infidelíssimae.

Varro Ὄνος λύρας (356):

Pacvi discipulus dicor. porro is fuit Enni,
Enniu' Musarum. Pompilius clueor.

CIBICIDAS. Lucilius lib. XXVII (27):

vı́ginti an trigı́nta domi vel céntum cibicidás alas.

CONTENTVRVM. Lucilius lib. XXVII (42):

tu Lucílium
crédis contentúrum, cum me rúperint, summa ómnia
fécerim?

*CIBARIVM.* Varro Cato vel de liberis educandis (28): 'vel maxime illic didici et sitienti † teriacam mulsum *et* esurienti panem cibarium siligineum et exercitato somnum suavem'.

CANICAS veteres furfures esse voluerunt. Lucilius lib. XXVII (28):

quánti vellet quám canicas apúd te et † maconis manu.

---

28 Cl. nominatur; 8—10 Tibic.—Contenturum contentum; 17 Can.—voluerunt.

---

**28—29** *cf. 81. 34* (*s. v.* cuia) || **29** quia *codd. h. l.* || Troianus *On.* || **2** Asiae *Bue.*: esse || **4** est haec $F^3$: sed haec *L* $B^A$: *correxi* || infidelissimi: infidissimi *Guietus* || **6** Pacvi *Lachm. comm. in Lucr. 306*: pacuvius || **6—7** f. ennius m.: *corr.! Roth.* || **8** Tibicidas: *corr. Iun.* || **9** do. an tr.: *transposui* || an cent. *Mu.* || tibicidas: *corr. Iun.* || **10** Contenturum contentum $C^A$ $D^A$ (*cum ind. marg. in* $B^A$) || **12** (cont.)—**13** *cf. 382. 30* (*s. v.* rumpere, defetigare) || **12** ruperim *Iun.* || **14** Cibarius *add. Popma* || **15** et s. videri aquam *Iun.*: *fort.* esse s. theriacam || et *add. Ries.* || **18** apud te $B^A$: a pulte *L* || et *del. On.*: e (ec) *Mu.* || maconis *L*: magonis $F^3$ $B^A$: Magonis *Iun.*: mangonis *ed. princ.*

88. 89 M.

CONCORDITAS pro concordia. Pacuvius Hermiona (188):

concórditatem. hospítio adiunctam pérpetem
probitáte conservétis.

CONMENTVM pro conmonitum. Plautus Amphitryone (978):

fac [iam] Ámphitryonem ádvenientem ab aédibus
ut ábeat quovis pácto fac conméntus sies.

CRIBRVM. Lucilius lib. XXVI (70):

críbrum in cerniculúm, lucernam in láterem, in telam lícium.

CONTEMNIFICVM. Lucilius lib. XXVI (41):

égo enim contemníficus fieri et fástidire Agamémnonis.

CORDI EST, honeste dictum, animo sedet. Lucilius lib. XXVI (21):

ét quod tibi magno ópere cordi est, míhi vehementer dísplicet.

idemque (XXVI, 14):

sí tibi || porro istaéc res idcirco ést cordi, quod re útilest.

CONGENVCLARE. Caelius Annali lib. VII (44): 'ipse regis eminus equo ferit pectus advorsum. congenuclat percussus, deiecit dominum'.

CAVSARI, causam dicere vel defendere. Accius Medea (418):

quî potis est refélli quisquam, ubi núllus est causandí locus?

---

19 Conc. p. conc.; 22 Conm. p. conm.; 25—29 Cri.—animo; 2—5 Cong.—defendere.

---

20 auspicio *Mu.* || 21 probitate $F^3$: probitatem *rell.* || 22 conmunitum (comm.): (*corr. ind. marg. in* $B^A$) || 23 faciam amfitrione: fac amphitrionem *codd. Pl.* || 24 ut abigas *codd. Pl.* || sies *monosyll.* || 25 Cibrum $D^A$ || 26 cibrum $D^A$ || lateram $C^A D^A$ || in laternam lucem *Mu.* || 29 sedet $B^A$: sed *L*: *om.* $C^A D^A$ || 1 cordi idcircost *Mu.* || rere *Iun.* || utilem: *corr. On.* || 2 annalibus VII $C^A D^A$ || 3 equo *om.* $L^1$ || avorsum: *corr. ed. a. 1476* || 5—25 *horum lemmatum ordo turbatus esse videtur* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 41*) || 6 repelli: *corr. Gulielm.* || nullust *Voss.*

89 M.

Afranius Emancipato (91):

vidét. facunde cóntra causarís patrem!

Pacuvius Armorum Iudicio (23):

. . . qui sése adfines ésse ad causandúm volunt,
dé virtute îs égo cernundi dó potestatem ómnibus.

CELEBRESCAT. Accius Diomede (274):

et quális fuerit, fáma celebrescát tua.

COEPERE, incipere. Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (90):

"ere, óbsecro hercle, désine". — "mane, coépiam".

Plautus Menaechmis (960):

neque ego insanio neque pugnas neque litis coepio.

idem Truculento (232):

dum hábeat quod amet; úbi nihil habeat, álium quaestum coépiat.

CERTISCANT, certa fiant. Pacuvius Chryse (107):

atque eccos, unde certiscent.

CELEBRE, non solum frequens, sed etiam velox. Accius Aegistho (24):

celebrí gradu gressum ádcelerasse dócet . . . . . .

---

12—14 Cel.—inc.; 20 Cert. c. fi.; 22 Cel.—vel.

---

8 vide ut *Bentin.*: *fort.* viden || causseris *Iun.* || **9—11** *cf. 261. 23* (*s. v.* cernere, dimicare vel contendere) || **10** ad finem *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || **13** ecqualis (?) *Mu.* || **14** Hyp. *Scal.*: periboea || **15** obscuro: *corr. Spengel.* || **17** ne litis co.: neque ego litis co. *codd. Pl.*: *fort.* neque litis ego co. || **19** dum abeam quodam et ubi nihil coepiam, *et post v. 25* habeat alium quaestum coepiat (*quae in marg. archetypi stetisse videntur*): dum habeat, tum amet ubi ni(hi)l habeat, a. q. c. *codd. Pl.* || coepiat * * * abeam quondam et coepiam *Mu.* || **20** Certissant || **21** atque *Σ*: aquae || certissent: certiscant *Quich.*: certiscam (?) *Mu.* || **23** adcelebrasse (acc.): *corr. Iun.*: adcelerate (acc.) *codd. Serv. ad Aen. IV, 641* || decet *Iun.*: dedecet *Bue.*, addecet *Scal.*, condecet *Maehly.*

89. 90 M.

CALLISCERVNT prout calluerunt. Cato de Bello Carthaginiensi (37, 2): 'aures nobis calliscerunt ad iniurias'.

COMMETARE, conmeare. Novius Bubulco Cerdone (7):

cum ád lupam nostrám tam multi crebro conmetánt lupi.

Afranius Virgine (344):

"quo tú conmetas?" — "úbi confixus désides?" ||

CONCALLVIT. M. Tullius ad Atticum lib. IV (16, 10): 'locus ille animi nostri, stomachus ubi habitat, olim concalluit'. — et de Deorum Natura lib. III (25): 'quorum, tamquam manus opere, sic animus usu concalluit'.

CONCIERE, cum perturbatione conmovere. Accius Medea (399):

nisi quás terrestris póntus strages cónciet.

Afranius Deposito (46):

dí sunt iratí tibi,
qui cónciere cógites tantúm mali.

Pacuvius Duloreste (140):

éxtemplo Aegisthí fidem
núncupantes cónciebunt pópulum.

CONGLOMERARE, involvere, superaddere. Ennius Thyeste (307):

heú, mea
fortúna, ut omnia ín me conglomerás mala!

---

24 Call. p. call.; 26 Conm. conm.; 1—5 Conc.—conm.; 13 Congl.—sup.

---

24 Calluerunt *Mu.* || pro occalluerunt *Bentin.*: *fort.* pro adcall. (atcall.) || **25** *post hunc v. stant illa* al. qu. coe. (*v. 19*) || **26** Conm. et conm. *D*$^{A}$ (*cum Paris. 7666*) || **27** lopam: (*corr. L*$^{2}$) || crebo *L* || **1. 2. 4** Concaluit || **4** anus (*praec.* m) *C*$^{A}$ *D*$^{A}$ || **8** sint (?) *Ribb.* || **10** Pacuvius *Scal.*: Ennius: Ennius * * * Pacuvius *Mu.* || **13** in Thieste *ed. a. 1476*: tithe: *fort.* Caecilius Titthe || **14** éheu mea fortuna *Lachm. ad Lucr. I, 360.*

CONGERMANESCERE, coalescere, coniungi vel consociari. Quadrigarius Annal. (93): 'facite exempla eorum, ut vos cum illis congermanescere sciatur'. — Varro Rerum Humanarum lib. III: 'postea cum his una rem publicam coniuncti ac congermanati tenuere'.

CONLABELLA. Laberius Anna Peranna (2):
cónlabélla ósculúm.

CYMBALISSARE. Cassius Hemina lib. III (27): 'mulier cantabat tibiis Phrygiis et altera cymbalissabat'.

CONCINNARE, conficere vel colligere. Naevius Belli Poenici lib. IV (37):
transit Melitam Romanus [exercitus], insulam integram
urit, populatur, vastat, rem hostium concinnat.

CATVLIRE, surire vel libidinari. Laberius in Lacu Averno (56):
scínde una exoléto inpatientí catulientém lupam. ||

CADVCITER, praecipitanter. Varro Aethrione (576):
aut frígidos nimbós aquai cadúciter ruéntis
pertímuerunt aquátiles querquétulae natántes.

CVPIENTER, cupidissime. Accius Philocteta (542):
cui potéstas *si* detúr, tua
cupiénter malis mémbra discerpát suis.

---

16 Cong.—cons.; 20—24 Conl.—coll.; 28 Cat.—libidinari; 1 Cad. pr.; 4 Cup. cup.

---

16 Congerminascere (*hic et infra*) *Salmas.* || 17 annalium (*idem error, v. 20*): Annali VIII *Quich.*: Annalium * * * *Mu.* || exemplo *Peter* || 19 congermanati $F^3$: congermanita *L* (*cum PE*) $B^A$ *ut vid.* (congermani *G*, congerminata $H^2$) || 20 (Collabella adiunge labra $F^3$ *mg.*) || Anna *Iun.*: annalium || 22 una mul. *Quich.* || 26 exerc. *del. Vahlen.* || 28 Catullire esurire: *corr. edd.* || in $F^3 B^A$: *om. L* || lacu balerna || 29 exculeto $F^3$: excoleto $L B^A$: *corr. Ald.* || exoletum inpatientem ac *Bue.* || 1 Aethrione *Vahlen.*: et ratione: Erratione *Me.* || 2 ut *Mu.* || aquae ca. *Scal.*: aqua icta ca. || 5 si *add. Passerat.* || 6 cupientis $L^1$.

91 M.

Ennius Phoenice (256):

stultúst qui cupidá cúpiens cupientér cupit.

CONMEMORARE, conmonefacere, in memoriam redducere. M. Tullius de Senectute (38): 'Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia quid quoque die dixerim, audierim, egerim conmemoro vesperi'. — idem de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (8): 'sed a te oportune facta mentio est. studet enim meus audire Cicero, quaenam sit istius veteris quam conmemoras Academiae de finibus bonorum Peripateticorumque sententiam'.

CONSECTARIVM, efficax, perfectum. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (50): 'illud vero minime consectarium, sed in primis hebes illorum'.

CONCVBIA nocte, primi somni. Sisenna Historiarum lib. IV (93): 'ipsi legati, concubia nocte oppido digressi, iam supra hostium munitionem succedunt'.

CISTAS. Sisenna Histor. lib. IV (118): 'cistasque, quae erant legum ferendarum gratia paratae, deiecerant'.

CENTONES et CILICIA. Sisenna Historiarum lib. IV (107): 'puppis aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur'.

---

9 Conm.—red.; 16 Con.—perf.; 19 Conc.—som.; 22—27 Cist.—crebritatem.

---

8 stultus est qui: *fort.* stultast quae || siqui cupienda *Bergk.*, *On.*: sicui cupīdo *Mu.*: qui non cupienda *Ribb.* || **10—11** pythagorio quemremeae ex. m. gratiae $L^1$ || **11** die *om.* $L^1$ || **12** lib. I. || **13** sed et enim || mevis $B^A$ || **14** Academicorum et de || **15** sententiam $F^3 L^1$: sententia $B^A$ (*cum codd. Cic.*) || **16** Coniectarium || perficum *Nettleship.* (*Arch. Lat. Lex. V, 414*) || **17—18** mihi me coniecturarium || **18** hebes *edd.*: habes (*cum codd. Cic.*) || **19** somni *om.* *L* || **20** lib. IIII *om.* *L* || **22** Cista $C^A D^A$ || **23** quaerant $C^A D^A$ || furendarum $D^A$ || paratae *Bentin.*: parta $B^A C^A D^A$: partha *L* || defecerant: *corr. Passerat.* || **25** poppis: (puppes $H^3$) || teguntur $L^1$ || **26** p. ac laxe *Salmas.*: *fort.* p. aclassi.

CREBRITVDINEM, pro crebritatem, Sisenna Histor. lib. IV (122): 'nam clandestina crebritudine transigi, aput notos cogitata dici decet, non explanari'.

CAEMENTA, lapides non magni modi, quibus || aedificia consurgunt. Sisenna Histor. lib. IV (79): 'formidine oppressus, quod humilem caementis instructum oppidi murum sciebat'. — Varro Bimarco (66): 'non te pudet, Mani, cum domi tuae vides conmilitonum tuorum cohortis servis tuis ministrare caementa?'

CIS positum pro citra. Sallustius (Histor. I, 11): 'cis Rhenum atque inter mare nostrum et Oceanum, nisi qua paludibus invia fuit, perdomita'. — Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'eo die cis Tiberim redeundum est, quod de caelo auspicari ius nemini sit praeter magistratum'.

QVADRIFARIAM. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'et ea quae ad mortalis pertinent quadrifariam dispertierim: in homines, in loca, in tempora, in res'.

CONCALFACERE, exercitare vel incendere vel hortari. Cicero de Oratore lib. II (316): 'et ait idem, cum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare'. — idem ad Pansam lib. III (3): 'nos Ventidianis rumoribus calfacimur'.

CAVILLANTVR, ut iocantur. Cicero de Oratore lib. III (122): 'cavillantur aut aliquid de oratoris arte paucis praecipiunt libellis'.

---

22—27 Cist.—crebr.; 30—1 Caem.—cons.; 6—8 Cis—perd.; 11—14 Quadr.—hort.; 18 Cav. ut ioc.

---

27. 28 crebritatem * * * CLANDESTINA. Sis. *Mu.*: cr. * * * CELERANTER. Sis.—celeranter *On.* || 28 crebritudine *Peter* (*Jahrb. Class. Phil. CXXXIX, 507*): celeriter || 3 structum *Mu.* || 4—5 *cf. 196. 29* || 6 citra *Guietus*: ultra || 7 quia $C^A$ $D^A$ || 8 fuerit $C^A$ $D^A$ || varro rhetoricorum (*etiam v. 11*) || 10 auspiciarius: (*corr.* $H^3$ *ut vid.*) || neminist *Mu.* || magistrum: *corr. Ald.* || 13 in l. t. $L^1$ || 14 excitare $D^A$: excitare excitare $C^A$ || 15 cic. de deorum natura || 16 sole $L$ || 17 calfacimur $F^3$: calficimur $L$ $B^A$: concalfacimur *Mu.* || 18 Calvillantur $C^A$.

CATVS pro sapiente. Cicero Tusculanarum lib. II (45): 'sed homo catus numquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum'.

CONTRAHI dictum est honeste quadam tristitia laborare et sollicitudine aut maerore. Cicero Tusculanarum lib. III (83): 'hoc detracto, quod totum est voluntarium, aegritudo erit sublata illa maerens; morsus tamen et contractiunculae quaedam animi relinquentur'. || et lib. IV (14): 'itaque haec prima definitio est, ut aegritudo sit animi adversante ratione contractio'.

CICVRES. Cicero Tusculanarum lib. V (38): 'partim solivagas, partim congregatas; inmanes alias, quasdam autem cicures; nonnullas abditas terraque tectas'.

CVIAS, unde. Cicero Tusculanarum lib. V (108): 'Socrates quidem, cum rogaretur cuiatem se esse diceret, mundanum, inquit'.

CIBARIVM, quod nunc aut de pane sordido aut de alio indigno dicatur. Varro Modio (319): 'in cubiculo dormire mallem scilicet potus vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem'. — idem Ὄνος λύρας (360): 'tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus'. — Cicero Tusculanarum lib. V (97): 'cui cum peragranti Aegyptum comitibus non secutis cibarius in casa panis datus esset, nihil visum illo pane iucundius'.

---

20—23 Cat.—maerore; 6—9 Cuias—dic.

---

20. 21 Castus *L* $C^A$ $D^A$ || 22 laborare *Guietus*: liberari (alib. $L^1$) || 23 et *om.* $L^1$: ec (?) *Mu.* || III *om.* *L*: IIII $F^3$ || 25 haec c. *L* || 26 relincuntur *L* || 1 ita $F^3$ $L^1$: itaque $B^A$ (*cum codd. Cic.*) || ut] et $L^1$ || 5 cicures $F^3$: cicuras *L* $B^A$ || non alias *L* || 8. 9 indigno *om.* $L^1$ || (Cibarium, indignum *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || al.] cibo *Havet* || *fort.* quod nunc de p. s., antiquitus de al. ind. dicebatur || indigno, quod nunc * * * dicitur (*Ries.*) *Mu.*: indigno quod nunc dicatur *On.* || 9—10 dormirem *Mu.* || 10 potius: *corr. Bentin.*: potius, potus *Mu.* || 12 iste—Aristoxenus? *Mu.* || 13 peregrinanti || 14 non consecutis *codd. Cic.* || v. est *codd. Cic.*

COMEDONES, ab edendo. Varro Modio (317): 'putat fore hoc, quod nunc comedonibus venit usu, quibus nota voluptate cum edunt dumtaxat gula gaudet'.

COLEM, vitis robur, Varro de Re Rustica lib. I (quem dicimus caulem, ut Vergilius lib. XII [413]: 'puberibus caulem foliis') (31, 2): 'e sarmento coles qui nati sunt, de îs, qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnumquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere'.

CONTINVARI, convenire, concurrere. Sisenna Historiarum lib. VI (125): 'Marius ostio Liris evehitur adque Aenariam suos continuatur'.

CINEFACTVM, in cinerem dissolutum: figuratio, ‖ ut tepefactum et labefactum. Lucretius lib. III (906):

at nos horrifico cinefactum te prope busto.

COXENDICES, coxas. Lucilius (inc. 164):

caput collo, sustentatur truncus sustinetur a coxendicibus.

Varro de Re Rustica lib. I (20, 1): 'lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus'.

CONDITANEVM, quod condi vel condiri potest, recte dici Varro de Re Rustica lib. I (24, 1): 'in agro crasso et calido oleam conditaneam, radium maiorem, sallentinam, orcitem, puseam, sergianam, albicerem, colmineam'.

---

15—23 Com.—concurr.; 1—2 Cin.—lab.; 4—5 Cox.—cox.; 8 Cond.—dici.

---

**16** nunc *Mu.*: huic: hic *Iun.* ‖ venit *Laurenberg.*: convenit ‖ mota *Popma* ‖ **17** voluntate comedunt: *corr. Iun.* ‖ 18 Caulem ‖ (Caulem vitis palmitem $F^3$ *mg.*) ‖ X $B^A$: *om.* $L^1$ ‖ 18—20 quem—fol. *secl. Mu.*: *post* robur (*v. 18*) *transp. edd.* ‖ 20 caules ‖ 23 Continuare: *corr. Me.* ‖ 24—25 ad s. *On.* ‖ continuatur $F^3 B^A$: *om.* $L$ ‖ **1** Cin. in cin. *om.* $L^1$ ‖ cinere $D^A$ ‖ **2** et $L C^A D^A$ ‖ **3** horritico ‖ busto *Lucr.*: cobus ‖ **4** -ces $F^3$: -cas $B^A C^A D^A$: -ca $L$ ‖ coxa $L$ ‖ **5** caput ut c. *Mu.* ‖ colos temtatur: (*corr.* $F^3$) ‖ tr. sustinetur a *del. Mu.* ‖ **7** simulato p. classis ‖ **8** vel cond. *del. Quich.* 8—9 d. vult V. *On.*: dicit V. *Quich.* ‖ **10** oleam $F^3$: oleo $L B^A$ ‖ **11** poseam (-ss-) *codd. Varr.* ‖ serginam albicurem ‖ colminiam *codd. Varr.*

CENATVS, ut pransus, ut potus, ut lotus, id est confecta cena. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'ut eius convivium, qui triumpharet in Capitolio, videretur esse proprium, ut ipse potius domum redduceretur cenatus a convivio'.

CIRROS. Varro Cato vel de liberis educandis (21): 'itaque Ambraciae primum capillum puerilem demtum, item cirros, ad Apollinem ponere solent'.

CATELLOS. Varro Cato vel de liberis educandis (31): 'quare meliusculae consuetudinis puerilis illorum, qui suis catellis ministrant quod edint'.

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DEXTIMA pro dextra. Varro περὶ αἱρέσεων (402): 'porro inde ab unoquoque compito ternae viae oriuntur, e quibus singulae extumae exitum ac τέλος habent proprium. a primo compito dextimam viam munit Epicurus'.

DESVEVI illum, pro desuefeci illum, id est consuetudinem ei abstuli. Titinius Gemina (45): ||

párasitos amóvi, lenonem aédibus abstérrui,
désuevi nequo ád cenam iret éxtra consiliúm meum.

DAPALIS cena est amplis dapibus plena. Titinius Varo (135):

toto fit ín foco
de lígnis indapális cena.

---

12—13 Cenatus—cena; 16—23 Cir.—pro dextra; 27—3 Des.—plena.

---

14 videtur *L* || 15 et ipse *Mu.* || 18 Apollinis *Gothofredus* || 20 m. curae co. *ed. princ.* || 21 edent: (*corr.* $H^2$ *mg.*) || 22 INC. *om.* $D^A$ || 24 compoto $L^1$ || 25 singulae $F^3 B^A$: sineulle *L* || extumae *om. codd. Prisc. 607* || ac τέλος *Prisc.*: ad caelos || 26 a *om. L* || 27 prodes uesicullum $L^1$ || 28 ei *om.* $C^A D^A$ || 1 *fort.* aed. his || 2 ne *om.* $C^A D^A$ || quo ad $B^A C^A D^A$ *ut vid.*: quod ad *L* (*cum Turic. Montepess. Oxon.*) || exiret *L*: iret $F^3$ *rell.* || 5 *fort.* culignis || mi dap. *Ribb., Me.*